UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Conuersio dilata difficilis est, & periculosa propter tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

Visual Library

ſciplinam qui autem increpationes
Pro,15. relinquit errat. Idem. Auris quæ cu-
ſtodit increpationes uitæ, in medio
ſapientum commorabitur. Secundum
eſt, quia tribuit ſapientiam. vnde
Pro,29. Prou. Virga atque correctio tribuit
ſapientiam. Tertio, quia abiectio di-
ſciplinę uel correctionis, duo mala fa-
cit, ſilicet, culpę & pœnæ. De prima
Pro,15. legimus in prouerbiis. Qui abiicit di-
ſciplinam, deſpicit animam ſuam. Et
Iob,12. Iob. cor eorum longè feciſti à diſci-
plina, propterea non exaltabuntur.
Exo,4. De ſecunda dicitur in Deuterono-
mio proiecit Moyſes uirgam, & uerſa
eſt in colubrum. Virga enim corre-
ctionis in colubrum uertitur, quia
qui hic non corrigitur, in futuro à
ſerpentibus infernalibus punietur.
Pro,13. Prou. egeſtas, & ignominia ei, qui
deſerit diſciplinam.

### *Conuerſio dilata difficilis eſt, & periculoſa propter tria.*

PRimo, quia quanto aliquis diu-
tius manet in peccato, tanto
erit maior pœna peccati. Vnde
Hieron. ſanctus Hieronymus. Quanto autem
maior eſt numerus temporum, qui-
bus

bus obliuiſcimur Deum, tanto erit
maior pœna peccati. Secundo, quia
quanto aliquis diutius manet in
peccato, tanto amplius oneratura
peccatis. unde P. Auguſtinus perſe- Auguſ.
uerare in peccato, dat incrementum
ſcelerum. Et Gregorius peccatum Greg.
quod per pœnitentiam non diluitur,
mox ſuo pondere ad aliud trahit.
ideo difficilius ſurgit. qui ergo non
ſurgit oneratus parum quomodo ſur-
get quando multum? Tertio quia ho-
mo circa mortem habet multa inpe-
dimenta, uidelicet, de diſpoſitione
domus, & filiorum, de infirmitate,
quæ non permittit eum cogitare de
anima ſua, ſicut dicit Hieronymus. Hieron.
Dum infirmitate opprimeris, nil ali-
ud cogitare potes quàm ſentis. pro-
pter hoc Pater Auguſtinus dicebat. Auguſ.
Pœnitentiam ſcio, nec laudo, nec ui-
tupero. nam morbus urget, pœna
terret, filii & uxor, quos illicite dili-
git, & mundus eum ad ſe uocat; & ſæ-
pe ex diuino iudicio hoc accidit ho-
mini, qui moriens obliuiſcatur
ſui, qui dum uiueret,
oblitus eſt
Dei.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN